Hoc vultu cuperet, si posset, Gratia pingi,
Et simili, ô **PRINCEPS**, *ore referre tuum,*
Cui patriis vernans creſcit virtutibus ætas
Ingeniiq; facit prima juventa fidem:
Jam pridem hoc sese Pietas in pectore totam
Condit; et immenso Gloria corde sedet;
Mars gladios; Bellona manus; Tritonia mentem
Commodat; ingenij Calliopæa decus;

Tu, **PRINCEPS**, *decus omne tuis, tu gaudia rerum,*
Totq; voluptates deliciasq; paris.
I modo magnanimæ, quo te rapit indolis ardor,
Et patrium illustra, quod facis, omne solum,
Tecum honor, et seros virtus adoleſcet in annos,
Quæq; ævi ſeries, hæc probitatis erit.

V. Bering

C. van Mander. advivum depinxit.

Cum priv. Reg. Maj. Daniæ. et Norv. Sculptor. Alb. Haelweg Sculpsit

Inv. 6380

© Herzog Anton Ulrich-Museum Braunschweig
Niedersächsisches Ministerium für Wissenschaft und Kultur
© HAUM http://kk.haum-bs.de/?id=haelwegh-al-ab3-0006